

2. Alius enim credit se manducare omnia: qui autem infirmus est, olus manducet.

3. Is, qui manducat, non manducantem non spernat: & qui non manducat, manducantem non iudicet: Deus enim illum assumpsit.

* Iac. 4. 13. * Tu quis es, qui iudicas alienum servum? Domino suo stat, aut cadit: statbit autem: potens est enim Deus statueret illum.

5. Nam aliis iudicat diem inter diem: aliis autem iudicat omnem diem: unusquisque in suo sensu abundet.

6. Qui sapit diem, Domino sapit: Et qui manducat, Domino manducat: gratias enim agit Deo. Et qui non manducat, Domino non manducat, & gratias agit Deo.

7. Nemo enim nostrum sibi vivit, & nemo sibi moritur.

8. Sive enim vivimus, Domino vivimus: sive morimur, Domino morimur. Sive ergo vivimus, sive morimur, Domini sumus.

9. In hoc enim Christus mortuus est, & resurrexit: ut & mortuorum & vivorum dominetur.

10. Tu autem quid iudicas fratrem tuum? aut tu quare spernis fratrem tuum? * Omnes enim stabimus ante tribunal Christi.

* Isa. 45. 11. scriptum est enim: * Vivo ego, dicit Dominus, quoniam mihi electus est omne genu: & omnis lingua confitebitur Deo.

12. Itaque unusquisque nostrum pro se rationem reddet Deo.

13. Non ergo amplius invicem iudicemus: sed hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum fratri, vel scandalum.

14. Scio, & confido in Domino Iesu, quia nihil commune per ipsum, nisi ei qui existimat quid commune esse, illi commune est.

15. Si enim propter cibum frater tuus contristatur: iam non secundum charitatem ambulas. * Noli cibo tuo illum perdere, pro quo Christus mortuus est.

16. Non ergo blasphemetur bonum nostrum.

17. Non est enim regnum Dei elca, & potus: sed iustitia, & pax, & gaudium in Spiritu sancto:

18. qui enim in hoc servit Christo, placet Deo, & probatus est hominibus.

19. Itaque quae pacis sunt, sectemur:

& quae adificationis sunt, in invicem custodiamus.

20. Noli propter escam destruere opus Dei. * omnia quidem sunt munda: sed * Tit. 1. malum est homini, qui per offendiculum 15. manducat.

21. * Bonum est non manducare carnem, & non bibere vinum, neque in quo 13. frater tuus offenditur, aut scandalizatur, aut infirmatur.

22. Tu fidem habes? penes temetipsum habe coram Deo: Beatus, qui non iudicat semetipsum in eo, quod probat.

23. Qui autem discernerit, si manducaverit, damnatus est: quia non ex fide. Omne autem, quod non est ex fide, peccatum est.

C A P U T X V .

Conclaudit Gentiles convertos infirmitatem Iudeorum portare debere, & de scientia sua non ita sibi placere, ut alios contemnant; sed ad eorum imbecillitatem in delictu ciborum, & dieterum se demittere; in iis que bona sunt, & adificationis, non suis tantum commodis servire, sed ad utilitatem proximi, vita sua rationem compонere, & bonum proximi spiritale procurare.

1. **D**ebemus autem nos firmiores imbecillitates infirmorum sustinere, & non nobis placere.

2. Unusquisque vestrum proximo suo placat in bonum, ad adificationem.

3. Etenim Christus non sibi placuit, sed sicut scriptum est: * Impropria improverant tibi ceciderunt super me.

4. * Quaecumque enim scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt: ut per patientiam, & consolationem Scripturarum, spem habeamus.

5. Deus autem patientiae, & solatij * 1. Cor. 14. det vobis idipsum sapere in alterutrum 10. secundum Iesum Christum:

6. ut unanimes, uno ore honorificetis Deum, & patrem Domini nostri Iesu Christi.

7. Propter quod suscipe invicem, sicut & Christus suscepit vos in honorem Dei.

8. Dico enim Christum Iesum ministerum fuisse circumcisiois propter veritatem Dei, ad confirmandas promissiones patrum:

9. Gentes autem super misericordia honorare Deum, sicut scriptum est: * Prop-

te

* 2. Reg.

22. 50.

Psal. 174

50.

terea confitebor tibi in Géntibus Dómine, & nómini tuo cantabo.

10. Et iterum dicit: Lætamini Gentes cum plebe eius.

* Psalm.

116. 1.

11. Et iterum: * Laudate omnes Gentes Dóminum: & magnificáte eum omnes populi.

* Isa. 11.

10.

12. Et rursus Isaías ait: * Erit radix Iesse, & qui exúrget régere Gentes, in eum Gentes sperabunt.

13. Deus autem spei réplete vos omni gáudio, & pace in credéndo: ut abundetis in spe: & virtute Spíritus sancti. ^

14. Certus sum autem fratres mei & ego ipse de vobis, quoniam & ipsi pleni estis dilectione, replati omni scientia, ita ut possitis alterutrum monere.

15. Audaciūs autem scripsi vobis fratres ex parte, tamquam in memóriam vos rediēs: propter gratiā, quae data est mihi à Deo,

16. ut sim minister Christi Iesu in Géntibus: sanctificans Evangélium Dei, ut fiat oblatio Géntium accepta, & sanctificata in Spíritu sancto.

17. Habeo igitur gloriā in Christo Iesu ad Deum.

18. Non enim áudeo aliquid loqui eorum, quae per me non efficit Christus in obedientiam Géntium, verbo & factis:

19. in virtute signorum, & prodigiōrum, in virtute Spíritus sancti: ita ut ab Ierusalēm per circūitum usque ad Illyricum repléverim Evangélium Christi.

20. Sic autem prædicavi Evangélium hoc, non ubi nominatus est Christus, ne super alienum fundamētum adificarem: sed sicut scriptum est:

* Isa. 52.

15.

21. * Quibus non est annūciatum de eo, vidēbunt: & qui non audierunt, intelligent.

22. Propter quod & impediēbar plūrimum venire ad vos, & prohibitus sum usque adhuc.

23. Nunc verò ultérius locum non habens in his regionibus, cupiditatem autem habens veniendi ad vos ex multis iam præcedentibus annis:

24. cùm in Hispániam proficiisci coepero, spero quod prætériens videam vos, & à vobis deducar illuc, si vobis primū ex parte fructus fiero.

25. Nunc igitur proficiisci in Ierusalēm ministrare sanctis.

26. Probavérunt enim Macedonia, & Acháia collationem aliquam facere in pauperes sanctorum, qui sunt in Ierusalēm meum.

27. Placuit enim eis: & debitores sunt eorum. * Nam si spirituálium eorum par-

* 1. Cor. 9.

ticipes facti sunt Gentiles: debent & in carnálibus ministrare illis.

28. Hoc igitur cùm consummávero, & assignávero eis fructum hunc: per vos proficisci in Hispániam.

29. Scio autem quóniam véniens ad vos, in abundántia benedictiōnis Evangelij Christi véniam.

30. Obscro ergo vos fratres per Dóminum nostrum Iesum Christum, & per charitatem sancti Spíritus, ut adiuvétis me in oratiōibus vestris pro me ad Deum,

31. ut liber ab infidelibus, qui sunt in Iudaea, & obséquij mei oblátio accépta fiat in Ierusalēm sanctis,

32. ut véniam ad vos in gáudio per voluntatē Dei, & refrigerer vobiscum.

33. Deus autem pacis sit cum omnibus vobis. Amen.

C A P U T X VI .

Commendationes aliquot & salutationes familiares hoc postremo capite continēntur: simul & admonet cayendum esse à seductōribus simplicium; sapiētes esse oportere in bonis opēribus.

1. **C**ommendo autem vobis Phœben sorōrem nostram, quae est in ministerio Ecclesiæ, quae est in Cenchrīs:

2. ut eam suscipiat in Dómino dignè sanctis: & assistat ei in quocumque negotio vestri indiguerit: etenim ipsa quae astitit multis, & mihi ipsi.

3. Salutate * Priscam, & Aquilam adiutorēs meos in Christo Iesu;

* Act. 18.

4. (qui pro anima mea suas cervices suposuerunt: quibus non solus ego gratiā ago, sed & cunctæ ecclesiæ Géntium)

5. & domésticam Ecclésiam eorum. Salutate Epænetum diléctum mihi, qui est primitivus Afrix in Christo.

6. Salutate Mariam, quae multū labravit in vobis.

7. Salutate Andronicum, & Iuniam cognatos, & concaptivos meos: qui sunt nobiles in Apóstolis, qui & ante me fuerunt in Christo.

8. Salutate Ampliātum dilectissimum mihi in Dómino.

9. Salutate Urbānum adiutorēm nostrum in Christo Iesu, & Stachyn diléctum meum.

10. Salutate Apéllen probum in Christo.

11. Sa-

11. Salutate eos, qui sunt ex Aristoboli domo. Salutate Herodiōnem cognātū meum. Salutate eos, qui sunt ex Narcīsi domo, qui sunt in Dōmino.

12. Salutate Tryphānam, & Tryphōfam: quæ labōrant in Dōmino. Salutate Pērsidem charissimam, quæ multū labōravit in Dōmino.

13. Salutate Rufum élēctum in Dōmino, & matrem eius, & meam.

14. Salutate Asyncritum, Phlegōntem, Hermam, Pātrobam, Hermen: & qui cum eis sunt, fratres.

15. Salutate Philōgum, & Iūliam, Néreum, & Iorōrem eius, & Olympiādem, & omnes, qui cum eis sunt, sanctos.

16. Salutate invicēm in osculo sancto. Salutant vos omnes Ecclesia Christi.

17. Rogo autem vos fratres, ut observētis eos, qui dissensōnes, & offendicula prater doctrinā, quam vos didicistis, faciunt, & declināte ab illis.

18. Huiuscēmodi enim Christo Dōmino nostro non sérviunt, sed suo ventri: & per dulces sermōnes, & benedictōnes sedūcunt corda innocētium.

19. Vesta enim obediētia in omnem

locum divulgāta est. Gāudeo igitur in vobis. Sed volo vos sapiētes esse in bono, & simplices in malo.

20. Deus autem pacis cōnterat Sātanam sub pēdibus vestris velocitētē. Grātia Dōmini nostri Iesu Christi vobiscum.

21. * Salūtat vos Timōtheus adiutor ^{* Act. 16.} meus, & Lūcius, & Iason, & Sosipater ^{1.} cognati mei.

22. Salūto vos ego Tērtius, qui scripsi epistolam, in Dōmino.


23. Salūtat vos Cāius hospes meus, & univēra Ecclesia. Salūtat vos Eraſtus arcaīrus civitatis, & Quartus, frater.

24. Grātia Dōmini nostri Iesu Christi cum omnibus vobis. Amen.

25. Ei autem, qui potens est vos confirmare iuxta Evangēlium meum, & prēdicatiōnem Iesu Christi, secundūm revelatiōnem mystērii tempōribus æternis taciti,

26. (quod nunc patēfactū est per Scriptūras Prophetārum secundūm prēceptūm æterni Dei, ad obeditiōnēm fidei) in cunctis Géntibus cōgniti,

27. soli sapiēti Deo, per Iesum Christum, cui honor, & glōria in sēcula sēculōrum. Amen.



EPÍSTOLA B. PAULI APÓSTOLI AD CORÍNTHIOS PRIMA.

PAULUS per amicos edoctus ortas inter Christianos Corinthios ex nimio erga Magistros studio contentionēs; admisum à quodam ex illis gravissimum scelus, patris uxore sibi incestis nuptiis copulatā; alios nimis elatos; nonnullos contrā verē religiosos ac pios, orationēm ita moderatur, ut modō solatia, modō castigationes adhibeat, laudēisque reprehensionibus admisceat, ut hac aut illa quisque ex conscientia monitu sibi accommodaret.

Non Philippis scriptam fuisse hanc Epistolam, ut fert hypographe in codicibus Gracis addita; indē patet quod ipse se ad eos venturum significat, & que supererunt ordinaturum (cap. 4. 18. & 11. 34.) cū perransisset Macedoniam, sed priūs Ephesi usque ad Pentecosten permansurum (cap. 16. 5. 8.) Id autem Apostoli consilium quamvis inopinatus casus ingentis illius seditionis per Demetrium argentarium suscitata (Act. 19.) perturbarit; indē tamen intelligitur Ephesi scriptam esse hanc Epistolam absente tum Timorēo (cap. 16. 10. cum Acto. 19. 22.) per Stephanam, Fortunatum, & Achāicum, quos Corinthij ad vivendum Apostolum miserant. Idque circa annum vulgaris aera 57. à morte Christi 24.

CAPUT PRIMUM.

Premissā congratulationē, eōrum reprobēdit dissidia.

1. **P**aulus vocātus Apóstolus Iesu Christi per voluntātem Dei, & Sōsthenes frater,

2. Ecclēsiae Dei, quæ est Corínthi, sanctificatis in Christo Iesu, vocatis sanctis, cum omnibus, qui invocant nomen Dōmini nostri Iesu Christi, in omni loco ipsōrum, & nostro.

3. Grātia vobis, & pax à Deo Patre nostro, & Dōmino Iesu Christo.

‡ DOM. 4. ‡ Grātias ago Deo meo semper pro 18. POST vobis in grātia Dei, quæ data est vobis in PENTEC. Christo Iesu:

5. quod in omnibus dīvites facti estis in illo, in omni verbo, & in omni scientia;

6. sicut testimoniū Christi confirmātum est in vobis:

7. ita ut nihil vobis desit in ulla grātia, expectātibus revelationēm Dōmini nostri Iesu Christi,

8. qui & confirmābit vos usque in finem finē crīmīne, in die advēntūs Dōmini nostri Iesu Christi. ^

* 1. Thess. 9. * Fidēlis Deus: per quem vocati estis in societātem filii eius Iesu Christi Dōmini nostri.

10. Obscero autem vos fratres per nōmen Dōmini nostri Iesu Christi: ut id ipsum dicatis omnes, & non sint in vobis

schismata: sitis autem perfēcti in eōdēm sensu, & in eādem sententia.

11. Significatum est enim mihi de vobis fratres mei ab iis, qui sunt Chlōēs, quia contentionēs sunt inter vos.

12. Hoc autem dico, quod unusquisque vestrūm dicit: Ego quidem sum Pauli: ego autem * Apollo: ego verō Cephæ: * Act. 18. 24.

13. Divīsus est Christus? Numquid Paulus crucifixus est pro vobis? aut in nōmine Pauli baptizati estis?

14. Grātias ago Deo, quod néminem vestrūm baptizavi, * nisi Crispum, & * Act. 18. 8.

15. ne quis dicat quod in nōmine meo baptizati estis.

16. Baptizavi autem & Stéphanæ domum: ceterūm nescio si quem álium baptizaverim.

17. Non enim misit me Christus baptizare, sed evangelizare: * non in sapiētia verbi, ut non evacuētur crux Christi. * 2. Petr. 1. Inf. 2. 1.

18. Verbum enim crucis pereūtibus quidem stultitia est: iis autem, qui salvi sunt, id est nobis, * Dei virtus est. * Rom. 1. 4. & 13.

19. Scriptum est enim: * Perdam sapientiam sapientium, & prudētiam prudētum reprobabo. * Isai. 2. 9.

20. * Ubi sapiens? ubi scriba? ubi conquisitor huius facili? Nōnne stultam fecit Deus sapientiam huius mundi? * Isai. 33. 18.

21. Nam quia in Dei sapiētia non cognōvit mundus per sapiētiam Deum: plācuit Deo per stultitiam prēdicationis salvos facere credentes. * Isai. 2. 9.

Ccccc 22. Quō-